



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

XL. Reuocatio quarumcumque licentiarum legendi, et habendi
quomodolibet libros prohibitos quibuscumque personis ab omnibus, etiam
Romanis Pontificibus concessarum. Gregorivs Papa XV. Ad futuram rei ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

gillo personę in dignitate ecclesiastica, constitutę munitis, eadem prorsus vbi- que fides adhibeatur, quę presentibus ip- sis adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę: quodque eędem presentes litte- rę, siue illarum exempla ad valuas Ba- silicarum predictarum, et in acie Campi Florę huiusmodi similiter affixa, omnes, quos concernunt, perinde arctent, et af- ficiant, ac si vnicuique personaliter inti- matę fuissent.

Dies publica-
tionis An 9.
20. Decemb.

Dat. Romę apud S. Petrum sub An- nulo Piscatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus nostri anno nono.

M. A. Maraldus.

Die & Anno supradicto affixa, & publi- cata fuit ad valuas Basilicarum San- cti Ioannis Lateranen., & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Florę, alijsq. locis solitis, & consuetis, ut mo- ris est, per Andream Scalmanum, S. D. N. Papę Cursorem.

X L.

Renocatio quarumcumque licentiarum legendi, et habendi quomodolibet li- bros prohibitos quibuscumque perso- nis ab omnibus, etiam Romanis Pon- tificibus concessarum.

GRE-

GREGORIVS PAPA XV.

*Ad futuram rei memoriam.*Edita An. D.
1623.

Exordium.

A Postolatus officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, diuina prouidentia commissum postulat, vt ad ea vigilantia nostræ partes propensius intendamus, per quæ religio Catholica, vbi diuina gratia illæsa viget, conseruetur, & vbi restitutione indiget, restitua-
tur.

§. I. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno esse sinceræ fidei cultoribus detrimento noscatur, & sicut accepimus, licentiæ libros huiusmodi legendi nimis excreuerint: Nos, vt huic malo maturè occurratur, & in posterum quàm cautissimè licentiæ huiusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis, cuiuscumque gradus, & conditionis existentibus, etiam per litteras Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & ali-

Prohibitio
habendi, &
legendi libros
prohibitos.

ter quomodocumque & ex quacumque causa, tam per litteras in forma Breuis, quam aliter quomodocumque à Nobis, seu prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu ab habentibus à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem concessas, earum tenorem præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentium reuocamus, cassamus, & annullamur, ac pro reuocatis, cassis, & annullatis haberi, nulliq. in posterum suffragari.

Contrauenientibus penas imponit.

§. 2. Quinimmò libros per licentias huiusmodi permisso legentes, aut habentes, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem Pont. publicatâ omnes ligare decernit.

§. 3. Decernentes, vt præsentibus litteris, postquam in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, ardeant, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent: quòdque dictis duobus mensibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantocitiùs

com-

comburerè debeat, deferre, quique aliquos similes libros prohibitos habere scierint, eos denunciare teneantur: neque de cætero similes licentiæ nisi à Cōgregatione sancti Officij, quæ singulis hebdomadis coram nobis haberi solet, concedantur.

§.4. Ac quòd earūdem præsentium trāsūptis, etiā impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Decembris 1612. Pontificatus nostri, anno secundo.

Transumptorum fides.

G. A. miba

D. P. An. 3.
die 30. Dec.

Anno à Nativitate D. N. IESU Christi
millesimo sexcentesimo vigesimotertio.
Indictione sexta, die verò secunda mē-
sis Ianuarij, Pontificatus Sanctiss. in
Christo Patris, & D. N. D. Gregorij
diuina prouidentia Papæ XV. Anno
secundo, retrospectæ literæ Apostolicæ,
affixæ fuerūt ad valuas Basilicarū san-
cti Ioannis Lateranen. & Principis
Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ
Apostolicæ, necnon in acie Campi Flo-

H 3 ra,

*re, ut moris est, per me Brandimartem
Latinum Apostolicam Cursorem.*

Octavius Spada Mag. Curs.

V. aliàs CXIV.

Renocatio licentiarum quarumcunque
legendi, & habendi libros prohibitos.

Edita A. D.
1631.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

Apostolatus officium Nobis, nullo
licet meritorum suffragio, diui-
na prouidentia commissum postulat, vt
ad ea vigilantia nostræ partes propen-
sius intendamus, per quæ Religio Ca-
tholica, vbi diuina gratia illæsa viget,
conseruetur, & vbi restitutione indiget,
reparetur.

S. I. Quapropter, cum librorum pro-
hibitorum lectio magno sinceræ fidei cul-
toribus detrimento esse noscatur, & si-
cut accepimus, nimis excessiua sit, hu-
iusmodi libros legendi licentiarum co-
pia: Nos, vt huic malo maturè occurrat-
tur, & in posterum quam cautissime li-
centia huiusmodi concedantur, quantū
cum Domino possumus, prouidere vo-
lentes,